Anaſtaſii
A In eminenti loco reliquiarum ſeorſum.
Tria fruſtula crucis D. N. Jeſu Chriſti.
Titulus crucis Chriſti cum litteris latinis, grȩcis, & hæbraicis.
Unus ex clavis, quo Chriſtus cruci affixus fuit.
Duȩ ſpinȩ è corona ejuſdem.
Unus ex triginta argenteis, quo venditus fuit Chriſtus.
Tranſverſe crucis pars boni latronis.
Digitus s. Thomæ Apoſtoli.
B Quȩ omnia argenteis thecis incluſa ſunt.
In eodem oratorio eſt arcula reliquiarum plena cum hoc indice.
Lapis ſepulchri Chriſti.
De monte calvario.
De ſepulchro B. virginis.
De loco, ubi Chriſtus aſcendit in cœlum.
De loco, ubi crux Chriſti reperta fuit.
De capite Sanctorum Joannis Baptiſtȩ, Clementis Papæ, & Praxedis virginis.
C Reliquiȩ s. Catharinȩ Senenſis.
Dens ss. Petri Apoſtoli, & Gordiani martyris.
De oſſibus SS. Joannis Baptiſtȩ.
Bartholomȩi.
Simonis Apoſtolorum.
Innocentium.
Fabiani.
Sebaſtiani.
Thomȩ Archiepiſcopi Cantuarienſis.
Hippoliti.
Agapiti.
Epiphanii.
Feliciſſimi.
Chryſogoni.
Dionyſii, & ſociorum.
Mariæ Magdalenæ.
Anaſtaſiæ.
Pudentianæ.
Agnetis.
Euphemiæ virginum, & martyrum.
Reliquiæ ss. Petri, & Pauli Apoſtolorum.
Jacobi apoſtoli fratris Domini.
Urbani, & Xiſti II.
Pontificum.
Coſmæ, & Damiani martyrum.
Nicolai Epiſcopi.
Sabini.
Reguli,
Nerei.
Hermetis martyris.
Benedicti, & Hilarionis Abbatum.
S. Helizabeth reginæ.
Ungariæ.
S. Brigidæ virginis.
SS. Julianæ.
Feliculæ.
Catharinæ, & Margaretæ virginum, & martyrum.
Aliæ CXXXVII. thecæ reliquiarum ſanctorum, quorum nomina ob vetuſtatem ignorantur.
In ejus thecæ medio eſt imago Chriſti muſivea, quam fuiſſe ſancti Gregorii Papæ ferunt.
In ſacello S. Helenæ ſubterraneo, quod XX. die Martii tantum mulieres ingrediuntur, ſunt hæ reliquiæ:
Funis, quos Chriſtus alligatus fuit.
Spongia, qua felle, & aceto potatus eſt.
Fruſtum ejus veſtis.
Capilli, & pars veli B. Virginis.
Veſtis s. Joannis Baptiſtæ.
Pars lacerti ss. apoſtolorum Petri, & Pauli.
De adipe S. Laurentii.

D

Reliquiæ S. Laurentii Extra Urbis Moenia.

Sub altari majori, corpora ss. Laurentii diaconi, & Stephani protomartyris.
Capita Sanctorum Hippoliti ſine mento, & dentibus, & Romani martyrum thecis argenteis incluſa.
Caput, & brachium ſancti Juſtini martyris.
Pars capitis ſanctæ Balbinæ virginis.
Brachia tria ſanctorum Joannis martyris.
S. Petronillæ.
S. Apolloniæ.
In vaſculo cryſtallino reliquiæ.
SS. Stephani.
Laurentii cum ejus adipe, & cinere.
Digitus ſancti Benedicti Abbatis.
Reliquiæ ſanctorum.
Leonardi.
Theodori, &
Sabinæ.
De capite ſanctæ Barbaræ.
Dens s. Petri Apoſt.

Reliquiæ ss. Innocentium.
Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis.
Spinæ Coronæ Chriſti.
Parvum fruſtulũ ejuſdem ſanctiſſimæ crucis.
De ligno menſæ, ſuper quam cum XII. apoſtolis cœnavit.
De lapide ſepulchri Chriſti.
De lapide ſepulchri ſanctæ Mariæ Virg.
De ejuſdem veſtimentis. E
De veſtibus, & capillis S. Mariæ Magdalenæ.
De velo ſanctæ Tranquillæ.
Vas ȩneum, quo ſanctus Laurentius Chriſtianos baptizare ſolebat, in his Hippolitum, & familiam ejus, Lucillum Romanum, & alios.
Lapis, cui corpus ſancti Laurentii jam mortui impoſitum fuit.

Reliqusæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris. F

Imago beatiſſimȩ virginis Mariȩ.
In altari, ad Prȩſepe Chriſti prȩſepium.
Sub altari majoris corpus ſancti Matthiȩ Apoſtoli.
Prope præſepe ſub altari ſui nominis ſacro corpus ſancti Hieronymi presbyteri Eccleſiæ doct. eximii.
In marmoreo operculo altaris ſanctiſſimi ſacramenti, quod reliquiarum dicitur, ejuſmodi reliquiæ conſervantur, & ſtatis diebus populo oſtenduntur.
Caput s. Vibianæ virginis, & mart.
Duo digiti, mentum, & aliæ reliquiȩ ſanctȩ Anatoliȩ virginis, & martyris.
De cingulo, & velo ſanctȩ Scholaſticȩ, ac
De reliquiis ſanctȩ Catharinȩ.
S. Euphemiȩ.
S. Annȩ, &
De zona, & lecto B. Mariȩ Virginis.
Dalmatica, qua indutus erat ſanctus Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, quando interfectus eſt.
De brachio.
Sanguine.
Cerebro.
Cilicio.
Cuculla, & aliis reliquiis ejuſdem s. Thomȩ Archiepiſcopi Cantuarienſis.
Planeta.
Stola, &
Manipulus, quibus celebrabat ſanctus Hieronymus doctor in capella prȩſepis D. N. Jeſu Chriſti in Bethelehem.
Caput cum aliis reliquiis s. Marcellini Papȩ, & martyris.
Brachium cum aliis reliquis ſancti Juliani martyris.
Corpora ſanctorum
Simplicii,
Beatricis, &
Fauſtini martyrum.
Brachium ſancti Coſmȩ martyris.
De ſanguine.
Cerebro.
Cilicio, & aliis reliquiis ejuſdem ſancti Coſmæ, & Damiani martyrum.
De brachio ſancti Abundii, & de reliquiis
S. Sebaſtiani.
S. Blaſii. G
S. Stephani protomartyris, &
S. Joannis Baptiſtæ.
Mentum cum reliquiis S. Zachariæ, patris ſancti Joannis Baptiſtæ.
Crux B. Epaphræ condiſcipuli ſancti Pauli Apoſtoli.
Brachium cum aliis reliquiis s. Lucæ Evangeliſtæ.
Brachium ſancti Matthæi Apoſtoli, & Evang. cum aliis reliquiis.
Caput ſancti Matthiæ Apoſtoli, cujus corpus eſt ſub altari majori hujus baſilicæ. H
De reliquis Sanctorum Apoſtolorum
Petri, &
Pauli.
Jacobi.
Thomæ.
Andreæ.
Philippi.
Bartholomȩi, &
De manna ſancti Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtȩ.
De reliquis aliorum Apoſtolorum, & plurimorum Sanctorum martyrum, confeſſorum, & virginum.
Cunabulum,

Cunabulum, ac de faſcia, & pannis infantiȩ Domini noſtri Jeſu Chriſti. A
De veſtimento purpureo.
De ſpongia.
De ſindone, &
De ſepulchro D. N. Jeſu Chriſti.
De ligno ſanctiſſimȩ crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti.
Hȩ reliquiȩ populo die Paſchȩ oſtendi ſolent.

RELIQUIÆ SACRÆ ALIARUM Urbis Ejusdem Ecclesiarum

Ex vetuſto codice impreſſo Romæ mano M. CCCCC. qui octavus erat Alexandri VI. Pontificis.

In Eccleſia S. Maria trans Tyberim.

Sunt hic reconditæ Reliquiæ, ſive corpora Sanctorum Calixti Papæ: & Innocentii, ac Julii itidem Pontificum. Item S. Quirini Epiſcopi.

In Eccleſia S. Chryſogoni ſunt ejuſdem caput, & oſ-
B ſa plurima. Brachium S. Jacobi. Scapula S. Andreæ Apoſtoli.

In Ecclaſ. S. Cæciliæ requieſcit corpus ejuſdem virginis Corpora etiam SS. Tiburtii, Valeriani, Lucii primi, & Maximiani, & putantur hic fuiſſe ædes ejuſdem virginis, quas conſecravit Paſchalis PP. anno M.CCC.

Ad S. Bartholomæum eſt corpus illus Apoſtoli ſupra majus altare. Sunt hic inventa corpora Ss. Paulini, & Superantii, & eodem loco reſervantur. Denique corpora Ss. Alberti, & Marcelli, præter alia quamplurima Sanctarum Reliquiarum pignora.

Ad S. Joannem in inſula viſitur imago B. Virginis, ante quam lampades accenſæ etiam per tumorem Tyberis æquis eas ſuperantibus, non fuerint extinctæ, neque ipſa imago detrimentum paſſa.

In S. Nicolao in carcere Tulliano honoratur coſta ſancti Matthæi Apoſtoli: manus S. Nicolai, Brachium ſancti Alexii.

In Eccleſ. S. Georgii reponuntur Reliquiæ de lacte B. Mariæ Virg. & de veſtimentis illius. Vexillum, lancea, & caput S.
C Georgii: incluſum capſæ aureæ: Item aliæ plures reliquiæ anonymæ.

S. Anaſtaſiæ templum illius quoque exuvias reconditas ſervat.

In S. Sabina corpus illius quieſcit, unà cum corpore SS. Theodori, & Alexandrini.

S. Alexii Eccleſia gradus, & locum, ubi S. Alexius vitam privatam incognitus egit, oſtendit. Item imago B. Virginis coram qua orare illȩ conſueverat, & ex qua vox ſecundò ad illum facta traditur. Sub altari majori reliquiȩ ſunt ipſius ſancti Bonifacii martyr. Item ſancti Hermetis Martyr. & aliorum SS.

In S. Saba fons eſt, cujus aqua ſanat profluvium ſanguinis eſtque prope illum de ſcapulari ſancti iſtius Abbatis.

Ad S. Anaſtaſium Capella ad tres Fontes locus eſt, ubi S. Paulus fuit decollatus, atque ibidem viſitur lapis, ſuper quo id factum.

In Eccleſia B. Mariæ, quæ ſcala cœli dicitur, Reliquiæ ſunt X. millium Martyrum.

D S. Mariæ Annuntiatæ Eccleſia habet plurima Reliquias, quarum nomina certæ Tabulæ inſcribuntur.

Eccleſia S. Gregorii, quæ modo Abbatia, decoratur brachio ejuſdem Pontificis, & crure ſancti Pantaleonis.

In S. Joanne, & Paulo, in monte Cœlio, quieſcunt corpora illorum ſanctorum Martyrum, quibus baſilica dedicata eſt.

Ad S. Petrum, & Marcellinum repoſita ſunt fragmenta eorundem SS. & aliorum plurium, quorum elenchus legitur in tabula penſili ibidem.

Corpora SS. Quatuor Coronatorum recondita jacent in Eccleſia illorum nomini dedicata, uti & aliorum incognitorum.

Ad S. Clementem corpus iſtius ſancti Pontificis quieſcit, unà cum aliis multis, ac nominatim exuviis ſancti Ignatii martyris.

In S. Maria Nova ſunt fragmenta Panum, quibus 500. hominum Salvator cibavit, panum videlicet hordeaceorum.

Item in altari condita jacent corpora Ss. Nemeſii Tribuni, qui fuit pater ſancti Juſtini. S. Symphoriani, Olympii, Exuperii, Lucillæ, & aliorum, quæ huc translatæ ex cœmeterio S. Calixti. Item ſepulta hic quædam Franciſca Romana, vitæ ſanctitate illuſtris. E

In Baſilica Ss. Coſma, & Damiani eorundem ſunt corpora, cum fragmentis aliorum, quorum nomina refert Tabula prope altare pendens.

Ad carceres s. Petri corpora quieſcunt Ss. Proceſſi, & Martiniani, quos s. Petrus in carcere baptizavit.

In s. Adriani templo non procul à Capitolio, anno 1218. inventæ traduntur Reliquiæ, & corpora, Ss. Marii, Martæ & Adriani. Item corpora Ss. trium puerorum in abſide recondita.

Ad s. Marcum eſt una capſa continens plures Ss. reliquias, quorum nomina ibidem leguntur.

Ad Ss. Apoſtolos, quam Coſtantinus primus in illorum honorem fundavit Eccleſiam, extant corpora Apoſtolorum Philippi, & Jacobi Junioris, S. quoque Eugeniæ virg. & Sabini martyr. Colobium s. Thomæ, Pes s. Philippi, Brachium s. Jacobi Zebedi. Coſta s. Laurentii. Spatula, & brachium s. Blaſii.

Ad s. Marcellum in Reg. Tregi eſt tumulus porphyreticus, in quo repoſita ſunt corpora Ss. virg. & mart. Dimpnæ, & Meritæ. Brachium ſancti Matthæi. Sepulta etiam ſanct. Felicitas VII. filiis. F

Ad s. Sylveſtrum oſtenduntur plura ſacra iſtiuſmodi pignora, & inter alia reliquiæ s. Laurentii, pars cucullæ ſancti Franciſci, ac alia multa, quorum ſeries ibidem legitur.

In Eccleſia s. Laurentii in Reg. Campi Martii exiſtunt ſequentia. Sub altari majori duæ ampullæ cum adipe, & ſanguine s. Laurentii, item ex carne ejuſdem cremata. Craticula, in qua aſſatus idem martyr. Item corpora Ss. mart. Alexandri Papæ. Eventii. Theoduli. Severi. Pontiani. Euſebii. Vincentii. Peregrini, & Gordiani, nomina plurimorum aliorum patent in dextra parte chori.

In s. Auguſtino in Reg. Campi Martis eſt ſepultura s. Monicæ. Eſtque caput s. Monicæ, & Ruffinæ. Item una ex imaginibus quas depinxit s. Lucas, quæ & claruit miraculis tempore Innocentii VIII.

Ad s. Apollinarem quieſcunt corpora Ss. martyrum Euſtratii. Nardarii. Eugenii. Oreſtri, & Auxentii, ſub majori altari.

Ad s. Bibianam ſepulta fuerunt qninque millia corpora Ss. Martyrum, abſque parvulis, & mulieribus. G

In Eccleſia s. Euſebii ſunt inſuper quam plures Ss. reliquiæ.

Ad s. Julianum præter certam aquam, quæ curat febricitantes, ſunt inſuper fragmenta Ss. Juliani, & Alberti.

Ad s. Vitum ſervatur lapis, in quo cæſa perhibentur plura millia martyrum.

Ad s. Praxedem conduntur ejuſdem virg. & martyris oſſa, quæ ſub altari ibidem Paſchalis Papa repoſuit. Eſt inſuper Columna, in qua Chriſtus in paſſione fuit ligatus. Item corpora Ss. martyrum Valentini, & Zenonis, ac aliorum XL. martyr. Suntque ibidem tumulati XI. Rom. Pontifices.

Ad s. Suſannam prope Thermas eſt corpus s. Suſannæ, & patris ejuſdem.

In Baſilica s. Putentianȩ, ſive Pudentianæ, ſororis s. Praxedis, requieſcunt ſupra tria millia corpora Ss. Martyrum: eſtque puteus, in quo ſanguis eorundem fuit reconditus.

Ad s. Laurentium, ubi locus eſt martyrii ejuſdem Levitæ, ſunt plures illius reliquiæ, tam de carbonibus, quibus aſſatus, H quam de craticula, & oſſibus, plures aliæ quoque in tabula expreſſæ.

In s. Petro ad Vincula honorantur corpora Machabæorum, & catenȩ quibus à Nerone vinctus legitur s. Petrus.

S. Mariȩ Eccleſia, quȩ Ara Cœli, propè Capitolium, decoratur ſacratis pignoribus variis. Eſt in ea ſepulchrum s. Helenȩ Imperat. Item Ss. Abundii, Artemii, Abundantii; & imago ejuſdem virg. Mariȩ, à s. Luca etiam depicta, ut habet Traditio.

Ad s. Angelos conditus fertur s. Symphoroſus cum ſociis.

Ad s. Mariam ſuper Minervam, cuſtodiuntur de veſtibus, & capillis glorioſȩ virginis. Item reliquiȩ trium Patriarcharum Abraham, Iſaac, & Jacob, ac Danielis Prophetȩ.

In Baſil. s. Euſtatii repoſita eſt pars de vera Cruce, & ſanguine Domini, ac corona ſpinea, & veſtimentis illius. De coſta s. Andreȩ, carbonibus s. Laurentii, item reliquiȩ s. Euſtatii, Teopiſtȩ uxoris, & filiorum Teopiſtȩ, & Agapiti. Item plures capſȩ aliarum reliquiarum.

In s. Maria Montis Cœli eſt tumulata Nympha, & s. Mancilianus Epiſcopus.

Ad

Ad s. Martinellum eſt de tunica Chriſti Salvatoris, quam A mater ejus benedicta illi confecit, ac cum eo creviſſe perhibetur.

Ad s. Blaſium videtur annulus Epiſcopalis ejuſdem, ac aliç plures Reliquię in capſis repoſitæ. *De alia Capela S. Blaſii vide infrà.*

Ad s. Barbaram habet altare majus reconditas reliquias de capite, & velo s. Barnabæ. De veſtibus s. Mariæ Virgin. De corpore s. Bartholomęi Apoſt. Margaretę, Felicis, Loticii, Chriſtophori: Sebaſtiani, Alexii, Marthæ. De Dalmatica s. Laurentii, Apoſtolorum Philippi, & Jacobi fragmenta. Item Petronellę. Denique de capillis s. Magdalenę: & pleræque aliæ,

Eſt inſuper Capella s. Blaſii in campo Floræ, in qua exſtat de ligno s. Crucis, & veſtimento B. Virginis. Item de corpore s. Andreæ, Blaſii, Chryſanti.

In s. Maria Tranſpontina videntur Columnę, in quibus Apoſtolorum Principes fuerunt ligati, & flagellati.

Ad s. Jacobum dicitur eſſe lapis, ſuper quo Simeon obtulit puerum Jeſum.

B Ad s. Catharinam eſt de oleo, quod de iſtius virg. & martyris tumulo fluxit: Item de lacte, quod loco ſanguinis ſtillavit de illius ſancto corpore.

Baſilica s. Pancratii extra muros Trans Tyberim continet reliquias ejuſdem Epiſcopi, & martyris. Item corpus alterius Pancratii militis, & mart. Sancti quoque Victoris mart. à quo etiam nomen primitus habuit.

Inſuper corpora ss. mart. Malchi, & Madiani, ac Gotheris virg. Hæc ex vetuſto Codice prænominato fideliter excerpta.

An autem ſupradictæ Sanctorum Reliquiæ etiamnum iiſdem locis repoſitæ perſiſtant, an verò ex ſummorum Pontificum indultis aliò translatę, vel alibi communicatæ; nobis conſtare non licuit; ex quo ſacrarium urbis, quale indubiè aliquod etiam hodie extare exiſtimatur: ad nos non devenerit. Recurrere poterit Lector *ad Typographiam urbis Romæ Marliani*: Item alium, qui Italico idiomate ſcribit, *Le coſe ſante, & maraviglioſe di Roma*.

RELIQUIÆ SACRÆ NEAPOLITANÆ.

C Neapolis nobiliſſima, atque amœniſſima Campanię civitas eſt, maris littori, & amœniſſimis collibus adjacens, verum orbis delicium, anteà Parthenopes appellata, voluptatis, & quietis domicilium olim Romanis fuit. Inter præclariſſimas illius dotes hæc etiam celebratur, quod jam olim ſimulac excuſſo Gentilitatis jugo intolerabili, ſuave illud Chriſti accepit, pię templorum erectioni incubuerit, & Sanctorum venerandis pignoribus, cum ſervandis, tum colendis dedita fuerit, quarum gratia benedictionis Obededom particeps effecta, multiplici bonorum cumulo fuit locupletata. Certè ſub Pontificatu Gelaſii Pontificis, facta huc fuit illius auctoritate translatio corporis s. Severini, quam Eugipius iſtius Sancti diſcipulus deſcripſit: idque ex Hungaria, quod uſquę hodie honorifico cultu proſequitur.

Accepit præterea corpus s. Januarii, ac iſtiuſmodi theſauris longè ex Africa, aliiſque Regionibus expetitis ditatur. Nam præter ſanctorum corporum fragmenta ſupra tria millia, quibus variis in locis clareſcit, eaque illuſtria, & notabilis magnitudinis, in hac civitate viſuntur corpora infraſcri-
D pta Sanctorum:

Anathaſii Epiſcopi Neapolitani.
Joannis Acquaroli, itidem Epiſcopi.
Laurentii etiam Epiſcopi Neapolit.
Agrippini Item Epiſcopi.
Maximi Levitæ.
Eutychetis martyris.
Acuti martyr.
Apremii Epiſc. hujus civitatis.
Reſtitutæ virginis, & martyris.
Liberii.
Joan. Acquaroli.
Severi.
Euſtachii.
Pomponii. } Epiſcoporum hujus urbis.
Evariſti, & Deuſ-dedit, Pontificum.
Maximi martyris.
Flavię virg. & martyr.
Bibianæ. Coſtantiæ. Hilariæ. virg. & martyr.
Peregrini Patritiæ.
Item fragmenta LII. corporum Ss. martyrum.
Trium Innocentum.
Gaudentii Epiſcopi. E
Fortunę virg.
Evariſti & 30. Martyr. fragmenta.
Sergii, & Bachi. MM.
Soteris M.
Emerentianæ. Eugenię. Candidæ. Urſulæ.
Julianę. VV. & MM.
Severini monachi.
Alterius Severini Epiſcopi.
Priamiani mart.
Firmiani. Tellurii. Alexandri. MM.
Eunomii. Paſchaſii. Sabini. Victorini. M.
Almachii. Liberati. Fortunati. MM.
Ciriaci. Armerii. MM.
Benedictæ. Metellinæ. Juliæ. Venantiæ.
Anaſtaſiæ virg. & martyr.

Præter ſuperiora, ſunt alia propè infinita fragmenta, & reliquię eorum qui cum Sanctitatis opinione diſceſſerunt, quorum catalogum ob prolixitatem hic omiſimus.

Porrò *in Eccleſia Metropolitana* ibidem etiam ſervantur F memorabilia fragmenta Crucis, in qua ſalutis auctor generis noſtri ſalutem conſtituit Cum coſta s. Pauli, & brachio Taddęi Apoſtolor. Item coſtę s. Thomę Aquinatis particula. Digiti s. Apollonię V. & M. ac B. Lucię V. & M.

In Eccleſia Sanctæ Mariæ de Sapientia.

Viſuntur Reliquię ſequentes.

De Cruce Domini.
S. Joannis Baptiſtę.
De capillis B. Mariæ.
Coſta s. Andreę Apoſtoli.
Reliquię ss. Petri, Philippi, Matthię, Simonis.
S. Bartholomęi Apoſt. Thomę Aquinatis.
Ss. Matthęi, Marci, Lucę Evangeliſt.
S. Stephani Protomartyris.

Ss. Sixti. Fabiani Marcelli. Anaſtaſii. Anacleti. Calliſti Clementis. Gregorii. Sylveſtri. Leonis. Damaſi. Petri Alexandrini. Ignatii. Donati. Eraſmi. Joan. Chryſoſtomi. Greg. Nazianzeni. Lazari fratris Marthę. Patritii. Martin. Barbati, G Polycarpi. Juliani. Bonifacii. Pantaleonis. Georgii. Evariſti. Victoriani. Cypriani. Simpliciani. Conſtantii. Feſti. Victorini. Romani. Hyppoliti. Juſtini. Coſmę. Vincentii. Zenonis. Procoli. Zacharię. Chriſtophori. Nicolai Tolentinatis. Pauli I. Eremitę. Franciſci. Bernardini. Mauri. Alberti Theodati. Magdalenę. Apollonię. Marcellinę. XI. millium virg. Urſulę. Lucię. Dorothęę. Barbarę. Cordulę. Agathę. Margaretę. Brigittę. Catharinę Senenſ. Marię Ægyptiac. Veronicę.

Qui omnes notę ſanctitatis, catalogo Divorum aſcripti ab Eccleſia celebrantur.

In Eccleſia B. Mariæ de Jeſu.

Hic ſervatur caput S. Bonifacii M. Dens s. Apolloniæ, & pars brachii S. Honoriæ V. & M.

In S. Patricii Baſilica.

Caput ejuſdem. Cum ſpina coronæ Dominicę, & ligno H crucis Dominicę. Pars Induſii Salvatoris. Item lintei, in quo ſacrum illius corpus fuit involutum. Pars columnæ, in qua fuit alligatus. Capilli, & veſtimenti portio B. Virginis. Pars pellis S. Bartholomæi, & inſuper fragmenta propè infinita Sanctorum utriuſque ordinis, & ſexus.

In S. Maria de populo.

Brachium S. Mauri Abbatis, & S. Agathæ Virg. & M. Caput S. Dorotheæ Virg. & M.

In S. Gaudentio.

Quieſcunt hic corpora ss. Virg. & MM. Baccinoſæ, Petronellæ. Veroniæ, & Severæ. Sub Diocletiano Imp.

In templo S. Maria Annuntiata.

Præter lignum Crucis, & ſpinam coronę Dominicę, ſervatur hic digitus S. Joan. Bapt. quo Chriſtum monſtravit, & octo corpora BB. Martyrum. Item duo ss. Innocentum. Caput s. Barbarę, & nonnulla alia.

In D. Mariæ de Sanitate.

Pleraque, & hic pignora ſacra reperire eſt. Atque inter alia corpus

corpus S. Antheri Papæ, & M. Fragmenta corporum Ss. Al-
A machii. Liberati. Fortunati. Cyriaci. Artemii. Benedictæ. Metellinę. Cyrillę. Venantiæ. Anaſtaſiæ.

Caput ſancti Fortunati Epiſc. Neapolit. Fragmenta s. Primiani. Firmiani. Alexandri. Tellurii. MM. Eunomii, & Paſchaſii Abbatis. Dominici confeſſoris. Catharinę Senenſ. Urſulæ, & pleraque alia.

In D. Mariæ de Virginibus.

Viſitur hic pes s. Laurentii Mart. & de ſanguine illius.
Reliquiæ s. Martini Epiſcopi. Item s. Helenæ.
Urnula in qua eſt Manna, quod filiis Iſrael pluit è cœlo.
Oſſa Ss. Matthęi, & Jacobis Majoris Apoſtolorum.
Item s. Morici monachi.

In Eccleſia D. Mariæ de Sella.

Servantur Reliquiæ s. Stephani Protomartyris. Item Papæ, & martyr.
Brachium s. Pontiani Epiſc. & martyr.
Reliquiæ ſancti Franciſci de Paula.

In cœnobio S. Martini.

Religioſo cultu hic aſſervatur ſudarium, & linteum, quo B. Virgo involvit Filium ſuum benedictum. Item corpus il-
B lius mortuum.

Spina coronæ Dominicę.
Reliquiæ Ss. Prophetarum Heliæ, & Helizæi.
S. Thomæ Apoſtoli, Stephani P. & M. Nicolai confeſſ. Joannis Chryſoſtomi.
Brachium Ss. MM. Biagi. Valerii Epiſcoporum.
Reliquiæ unius Innocentum.
Crux, in qua bonus Latro pependit.
Ss. Stephani Protomartyr. Joannis, & Pauli Vincentii Sixti P. & M.
Ss. Laurentii. Martini. Aſterii. Sebaſtiani. Pantaleonis MM. Felicis. Felicitatis. Petronellæ. Urſulæ. Ceciliæ. Claræ.
Item Ss. Sylveſtri PP. Gordiani. Quiriaci. Chriſtophori. Sabini. Damiani. Franciſci. & Samaritanæ, cum qua ad puteum locutus eſt Chriſtus, *Joannis cap.* 4.

In S. Catharina de Sena.

C Sunt hic inſuper illuſtres Reliquiæ, nempe ex ligno ſanctæ Crucis, Veſtimento Domini. Capillis Deiparæ, ejuſque veſte. Sancti Thomæ. Andreæ. Bartholomæi. Philippi. Jacobi Minoris. Luciæ. Marci. Chriſtophori. Unius Innocentum. Thomæ Aquinatis. Dominici. Petri martyris. Vincentii. Caput dimidiatum ſanctæ Sabinæ. Dens s. Apolloniæ. Item Reliquiæ Ss. Barbaræ. Agnetis, & quædam aliæ.

In S. Ludovico.

Extant hic hodie bina fragmenta Crucis Vivificæ.
Item ex veſtimento Deiparæ virginis.
Reliquiæ ſancti Joan. Bapt.
Dens molaris s. Pauli.
De brachio Ss. Matthiæ, & Andreę Apoſt.
Reliquię Ss. Franciſci de Paula. Tunica ſancti Franciſci.
Zachariæ Pontif. & Prophetæ;
Petri Celeſtini PP.
Item MM. Donati. Mercurii. Marcelli. Baſilii. Stephani. Juliani, Iſidori, Paulini, Hippoliti. Martini. Coſmæ.
D Confeſſorum etiam Antonii. Thomæ Aquinatis. Nicolai Tolentini. Macarii. Bernardi Epiſcopi.
Inſuper Ss. Monicæ. Margaretę. Urſulę. Catharinę. Saturninę. Agnetis. Barbaræ, Agathæ. Aureliæ. Magdalenæ. Claræ, & aliarum.

Sunt inſuper aliis in locis, & in variis oratoriis aliæ excellentiores Reliquiæ: quas qui volet cognoſcere, conſulat Sacrarium Neapolitanum Cæſaris Dungenii Nobilis Neapolit. editum Italicè.

RELIQUIÆ MONTIS, ET OPPIDI CASSINENSIS.

Caſſinum Italię in Samnitum Regione, oppidum in monte qui Caſſinus vulgo dicitur ſitum. Hujus incolæ Pagani prius Apollinem colebant, cujus ſimulacrum s. Abbas Benedictus comminuit, aram evertit, lucos ſuccidit, ibique ſancti Martini ſacellum, & s. Joannis ædiculam extruxit, & incolas præceptis imbuit Chriſtianis. Ita Breviar. Roman. 21. Martii.

Venit autem aliquando Henricus Imperator comitatus Be- E nedicto Pontifice ad præfatum montem, & monaſterium, ibidem S. Benedicto extructum: cùmque graviſſimis cruciaretur doloribus, patrocinium illius Sancti expertus fuit, & per urinam tres lapillos egeſſit, nec ultra calculi dolores ſenſit. Unde eidem monaſterio de paramentis verè regiis, aliaque ſacra ſupellectili providit, medico tam prompto, & efficaci gratiam referre deſiderans. Donarium particularem ſpecificationem tradit *Leo Oſtienſis* citatus *à Baronio, Tom.* 11. *Annal. ad Annum* 1022. *num.* 12. *& ſequent. lib.* 2. *cap.* 42. 43.

In præfato autem monaſterio quieſcit corpus S. Benedicti Abbatis, de quo dubitans Imperator revelationem certam habuit, ut Leo commemorat.

Uerùm Benedictus Pontifex, cum loci iſtius ſanctitate permotus, tum ut Imperatori gratiam præſtaret, qui ad ſtuporem omnium hic munificum ſe exhibuerat, an. inſequenti qui erat 1023. à Lateranenſi Baſilica plurima ſanctarum reliquiarum magnalia ad Caſſinenſe monaſterium tranſmiſit. De quibus *Leo Oſtienſis l.* 3. *c.* 28. *& ex illo Baronius ad eum annum, num.* 1.

Duo etiam argentea ſcrinia plurimis Sanctorum referta Reliquiis intra ipſum altare honorificè ſunt in marmore ſuperiori ſuſpenſa, quę Reverendiſſimus Papa Benedictus ob amorem, F & reverentiam ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, de ſacrario Lateranenſis Palatii ſumpta, ad Caſſinenſem direxit Eccleſiam, primo Abbatis noſtri Theobaldi anno, Dominicæ verò Incarnationis; milleſimo vigeſimo tertio; interdicens omninò, ne quis hinc aliquid ex iis auferre præſumat. Sunt autem iſtę reliquię:

De ligno Domini, de ſanguine Domini, de veſtimentis Domini, de lapide ſancti ſepulchri, de velo ſanctæ Dei Genitricis Marię, Apoſtolorum, Petri, Pauli, Andreæ, Joannis, Jabobi, Thomæ, Bartholomęi, Matthæi, Simonis, & Judæ, & Matthiæ: Spongia cum ſanguine S. protomartyris Stephani, Laurentii, Stephani Papę, Pelagii Papę, Martini Epiſcopi, Prudentii, Juliani, Auguſtini, Chriſtophori, Æmiliani, Nicandri, & Marciani, Alexii, Anaſtaſiæ, Eugeniæ, Joannis, & Pauli, quadraginta martyrum, & aliorum multorum. *Hæc Leo.*

* CULTUS, ET VENERATIO EARUNDEM SS. RELIQUIARUM SINGILLATIM. G
Utputa. PARCARUM, UNIUS, AUT ALTERIUS.

Ita coluntur, ſummoque bonore babentur Reliquiæ quædam.

Chriſti Opt. Max.

EDMUNDUS rex Anglus ſanguinem Chriſti in Angliam fert. *Vide Tit. Chriſtianorum monachorum ordines varii.*

THEODORICUS Flandriæ princeps, è Sacro bello domum rediens, an. 1150. portionem ſacri cruoris Chriſti (qui ex vulneribus mortui deterſus fuit) ſecum per Leonicum Abbatem Bertinicum in phiala cryſtallina deportavit, eamque Brugis collocavit in æde D. Baſilii. *Chron. Flandriæ.*

Circa annum 1157. tunica Chriſti inconſutilis, & ſubrufi coloris in monaſterio quodam Galliæ Argentolio ex divina revelatione inventa eſt, quam ipſi mater, ut litteræ inſertæ loquebantur, paraverat. *Sigeberti Continuator.*

STEPHANUS IV. Papa ad Ludovicum Imperatorem deſi- H gnatum iter in Francia adornans, ut ipſum in Imperatorem inungeret, & cùm eodem de ratione conſtituendæ Eccleſiæ conſultaret: cùm Ravennam ex itinere perveniſſet, ibi divinis operatus, avido, ac religioſo populo ſacrata Chriſti ſandalia oſtendit. *Sigonius lib.* 4. *regni Ital.*

Circa annum Chriſti 1016. Monachi quidam Hieroſolyma reverſi, particulam lintei, quo Dominus apoſtolorum pedes ante ultimam cœnam deterſit, attulerunt Caſſinum. Cujus rei fides cùm plurimis eſſet ſuſpecta, monachi eam ardentibus impoſuerunt carbonibus, quorum ſtatim colorem induit linteum: ſed ab iis remotum, priorem formam recepit. *Chron. Caſſinenſe lib.* 2. *cap.* 34.

HELENA mater Conſtantini, anxia pro filio, cui regnum orbis Romam ceſſerat, feſtinavit Hieroſolymam, & ſcrutata eſt locum Dominicæ paſſionis. Acceſſit ad Golgotham, & ait: Ecce locus pugnæ, ubi eſt victoria? Quæro vexillum Salutis, & non invenio. Ego, inquit, in regnis, & crux Domini in pulvere? ego in aulis, & in ruinis Chriſti triumphus? Aperta humo, tria patibula confuſa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus abſconde

abſconderat. Redit ad Evangelii lectionem, invenit, quòd in A medio patibulo prælatus titulus erat, Jeſus Nazarenus rex Judæorum. Hinc collecta eſt ſeries veritatis, titulo crux patuit ſalutaris. Invenit ergo titulum, Regem adoravit, non lignum utique (quia hic gentilis error, & vanitas impiorum) ſed illum, qui pependit in ligno, ſcriptus in titulo. Hæc *Ambroſius in oratione funebri de obitu Theodoſii*. At *Ruffinus lib.1.c.8. & Socrates lib.1.c.17. & Theodoretus l.1.c.18. & Sozomenus lib.2.c.1.* quædam addunt: nempè quòd titulus à cruce avulſus, non potuit denotare crucem. Quamobrem Macarium Hieroſolymorum Epiſcopum, præmiſſa oratione ad Deum, ſingillatim illas tres cruces, unam poſt aliam, primariæ cuidam fœminæ, jam propè vicinæ mortis, impoſuiſſe. *Sulpitius Severus in lib.2. ſacræ hiſtoriæ: & Sozomenus lib.2.c.1.* & poſt eum *Nicephorus lib.8.c.29.* etiam mortuo cuidam impoſitam ajunt, & ex recuperata valetudine innotuiſſe, quænam eſſet Crux Domini: & Helenam unam portionem crucis theca argentea incluſam, ad memoriam illic viſere cupientibus reliquiſſe, alteram autem Imperatori miſiſſe, quam ſolus *Socrates lib.1.c.17.* ex vulgari rumore, & teſtimonio incolarum Conſtanti- B nopolis aſſeverat, Conſtantinum (ita perſuaſum, quòd ea civitas foret ſalva, in qua portio crucis aſſervaretur) accepiſſe, & in ſua ipſius ſtatua condidiſſe, quam Conſtantinopoli in foro, de ſuo nomine dicto, in purpuream, & magnam columnam collocaverit. Edixit præterea, ne quiſquam deinceps eo ſupplicio uteretur. Helena ædificato eo in loco templo, ubi crucem repererat, abiens, tres clavos, quibus Chriſti corpus cruci affixum fuerat, ſecum ad filium portat. Horum ille unum in frænum equi tranſtulit; (quod nunc Mediolani ſpectari ait *Fulgoſius lib.1.c.1.*) quo in plælio uteretur: alio pro cono galeæ utebatur: tertium in mare Atlanticum ad compeſcendas ſævientis maris procellas dejecit. *Platina.*

Cosroes Perſarum rex, Hieroſolymis captis, lignum Dominicæ crucis abſtulit, magnum mortalium numerum cepit, multo majorem ferro confecit. Ad nonaginta millia hominũ cæſa prodiderunt quidam. In eo temperaſſe, immò piè videri poteſt Coſroes egiſſe, quòd lignum Dominicæ crucis, ex Calvariæ loco, ubi ab Helena Coſtantini matre fuerat conſtitu- C tum in Perſidem translatum, in throno ſtatuit, auro, & gemmis fabrefacto, cujus extrema ſuperficies in ſimilitudinem cęli circumageretur. *Sabellicus lib. Ennead.8.*

Heraclius Imperator devictis Perſis Hieroſolymam reverſus, enixè curavit, ut indigenæ alii alio caſu in finitimas urbes d elapſi, in patriam remigrarent, quo urbs ſancta frequentius coleretur. Hieroſolymam ingreſſus, lignum Dominicæ crucis à Perſis redditum 14. anno poſtquam ablatam fuit, ſuis detulit humeris in Calvariæ montem: & cùm quaſi hæſitando exitu prohiberetur, admonitus à Zacharia antiſtite) (quem poſtliminio reverſum receperat) ut abjecto regio cultu in ferenda cruce Chriſtum imitaretur. Heraclius mutata veſte triumphali, auro gemmiſque intexta, nudis calcibus humiliter crucem tulit, ac reliquum vitæ confecit, in eumque locum repoſuit, unde fuerat à Perſis ſublata, moxque Byzantium reverſus eſt. Feſtum quotannis die 14. Septemb. celebratur: *Cuſpinianus.*

Narrat *Evagrius lib.4.c.26. ex ſecundo libro Procopii de bello Perſico*, Apameæ Syrię oppido, partem crucis, de qua mundi Salvator ſuſpenſus fuit, ab homine Syro clam eò de- D latam cubitali magnitudine reſervatam fuiſſe: quam oppidani magnam ejus loci tutelam eſſe exiſtimantes, religiosè venerari, & condita ei theca lignea, auro, gemmiſque exornata, tribus ſacerdotibus cuſtodiendam tradere, eamque certa die quotannis proferre, & adorare conſuevere. In primis verò Apamenſis populus, Coſroe Perſarum rege cum exercitu civitati imminente, Thomam Epiſcopum rogavit, ut præter ſolitum, ſacrę crucis lignum proferret, idque civibus adorandum, & exoſculandum exhiberet: ea opinione, ſe viſa cruce felicius morituros eſſe. Pręſul motus civium precibus, crucis lignum ambabus manibus in ſublime elatum, circumeundo ſacram ędem omnibus ſpectaculum exhibuit, quorum numero Evagrius quoque ſe interfuiſſe ſcribit. Ea oſtenſa, miraculum fide, & ſermone majus accidiſſe, & ſalutem Apameis contigiſſe ferunt. *Procopius lib. belli Perſici, Evagrius, Nicephorus.* Ejus miraculi imago, & monumentum, deinde in ſummo templi vertice memoriæ cauſa eſt poſitum: quod poſt, capta à Perſis urbe, cum templo, & tota civitate igne abſumptum fuit.

Epiſcopus Metenſis, loco Popponis Treverenſis, qui in Palæſtinam profectus erat, perficiens ordinationem clericorum, clavum Dominico ſimillimum altari impoſuit, verumque in ſinum abdidit; ſed illum manantem ſanguine reſtituit, terramque cum ſanguine abraſam cryſtallo E incluſit. *Catal. Trever.*

Bernardus Antiochenus ligno crucis milites contra hoſtes armavit.

Idem Cæſarienſis Archiepiſcopus Hieroſolymam iterùm deferens, magno Cleri, & populi tripudio excipitur. *Tyrius lib.12. cap.12.*

Luipoldus Auſtriæ Dux ex terra Sancta, quam religionis cauſa ingreſſus fuerat, ſoſpes reverſus, particulam quandam de cruce Domini ſecum attulit, quam S. crucis cœnobio dedit. *Cuſpinianus in Auſtria.*

Mauritius Pariſiorum Pontifex particulam ſacræ ſpineæ coronæ, & ſacrum clavum ad corpus Ludovici trimuli, Francorum regis filii graviter decumbentis, admovit. Quorum beneficio priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. *Æmil. lib.6. de Franc.*

Recepta à Latinis Principibus Antiochia, Andreas Apoſtolus, ſacerdoti Petro Pontio, ſimplici viro, apparuit: lanceamque, qua Salvatoris Chriſti trajectum fuit latus, quæ terra obruta erat in templo D. Petro dedicato, revelavit. Cujus inventione civitas, quæ à Turcis obſeſſa fame premebatur, F bona ſpe repleta, in prælium egreſſa, Corbanam ſuperavit, qui Belſech Turcæ Perſarum regis auſpicio urbem obſidebat, Nicæno Epiſcopo in pręlium inter armatorum turmas eam geſtante. Baldricus Dolenſium Pontifex, illius temporis ęqualis, comperiſſe ſe ſcribit ex his, qui inrerfuerant, oblatam hoſtibus ſpeciem trium procerum, humana ſpecie auguſtiorum, qui albentibus in equis ſedentes, ingens agmen pari cultu corporis, habituque oris ex editiſſimis locis adversùs hoſtes ducerent: hos non ab omnibus, ſed à quibuſdam Chriſtianorum viſos, creditoſque eſſe martyres Georgium, Demetrium, Mercurium: Neque deinceps barbaris animus, menſve aut conſilium conſtitit, ſed apud eos omnia formidine, fugaque continuò plena fuere. *Æmilius lib.4. & Platina in Paſchali 2.*

Obſidebant Latini Arethuſam in Antiochenſium ſitam ditione. Saladinus ſperabat, ſe vacuum milite Hieroſolymitanum regnum occupaturum. Balduino præſertim IV. rege G adoleſcente, & leproſo imperante. At Balduinus numinis inſtinctu inſidias ſubodoratus, ſacroſanctæ Crucis partem, quæ in urbe aſſervabatur, ſub ſignis ferri impetravit, & hoſtem ad Aſcalonem obviàm factum cum ſuorum paucis maxima ſtrage fudit. *Æmilius lib.5.*

Henricus primus Cæſar pacem cum Francis ſervavit: tantum à Rodulpho Rege lanceam mirifici operis, ac, ut Sigebertus, Luitpranduſque, & Otho Friſingenſis auctores ſunt, clavis crucifixi Domini affrabrè in ea locatis ſanctam, precibus promiſcuè, miniſque, ac muneribus extorſit, illam pro ſacroſancto Imperii inſigni poſteris relicturus, quæ apud Conſtantinum Magnum in ſumma veneratione fuiſſe ferebatur. *Æmilius lib.3.*

Joannes Columna Cardinalis, ab Honorio pontifice Chriſtiani exercitus, & ingentis claſſis legatus, in Ægypto ad Peluſium, Nili oſtium, Æliopolim, quam Damiatam vocant, validiſſimam urbem expugnavit: ſæpe, & diverſo quidem eventu cum Saracenis acie conflixit, captuſque, & demùm ſolutus, & victor, ex ancipiti periculo, laboreq; honeſtiſſimum ſacrato viro triumphum Romam detulit, Columnam ſcilicet, in qua Chriſtus ſervator Hieroſolymis deligatus, & flagris cæſus fuit, quam in ſanctæ Praxedis templo ſupra Suburram ad Exqui- H lias hodie venerantur. *Jovius in Pompejo Columna.*

* Sanctum Sudarium, quo Chriſti corpus fuit involutum, poſtquam jam ad ſepulturam aptatum, & aromatibus fuerat conditum. Veſuntii quotannis in die S. Paſchæ, magna devotione, & concurſu piorum, inter matutinas preces, jam ab aliquot ſæculis oſtendi conſueviſſe, notatur in veteri codice Ritualis Eccleſiæ cathedrails. ibidem. Ceremoniarum piarum myſteria tradit *Jac. Chiffletius in ſua Criſi hiſtorica cap. 9 ſub finem.*

* Imago Chriſti effigiem continens, quàm maximo cultu Conſtantinopoli in Phari templo repoſitam, ibique diù conſervatam conſtat, ſumma ſemper veneratione habita fuit. Ejus autem tranſportatio ab urbe Edeſſa, cujus ſuo loco meminimus; ſolemniter quotannis celebrata fuit XVI. Auguſti, ut traditur *in Menologio Græcorum.*

* Ad honorem ſindonis, ſive ſudarii, à B. Veronica Chriſti ad montem Calvariæ trunco crucis properanti exhibiti, in quo etiam ſui imaginem expreſſit, Joannes VII. Papa, qui ſedit anno 705. conſtruxit teſſellati operis ἱερατεῖον, quod dictum eſt Domus S. Dei Genitricis: & S. Maria in Betonica. Et *Inno-* A *centius III. ſerm. Dom. I. poſt Epiphan.* ſcribit de proceſſione Sudarii Veronicæ, à s. Petri baſilica uſque ad ædem Xenodochii s. Spiritus in Saxia, anno Domini 1200. Atque idem Sudarium anno 1298. Bonifacius VIII. propriis manibus ex loco eminentiore ſpectandum propoſuit Jacobo Aragonum, & Carolo Siciliæ Regibus, in Baſilica Principis Apoſtolorum. *Chiffletius ſuprà cap.34.*

☞ *Referri huc poterunt pleraque ex Titulis Prioribus.*

Veneti ex inſula Chio corpus B. Theodori martyris, & lapidem, in quo Chriſtus apud Tyrum reſederat, Venetias tranſtulere. *Platina in vita Calixti II.*

Manuel Comnenus Imp. lapidem purpureum viri magnitudine (qui ante Epheſi fuit: & is eſſe dicitur, in quo Chriſtus de cruce ſublatus, & faſciis involutus fuerit) Epheſo advectum humeris ſuis, quippe qui divinum corpus, ipſumq; Chriſtum geſtaſſet, à portu Bucoleonis uſq; ad ædem, quę in turri palatii eſt, pertulit. *Nicetas l.7. de rebus Manuelis.* Idem Iconio portionem S. Crucis victor reportavit, fugatis Turcis.

Hesperius vir Tribunitius propè Hipponem in territorio B Fuſſalenſi, cujus armenta, & ſervi à dæmonibus affligebantur presbyterorum orationibus, & ſacrificiis ab ea peſte liberatus eſt. Acceperat ab amico ſuo terram ſanctam de Hieroſolymis allatam, ubi ſepultus Chriſtus die tertio reſurrexit: eamque ſuſpenderat in cubiculo ſuo, ne quid mali etiam ipſe pateretur. Ac ubi domus ejus ab illa infeſtatione purgata eſt, quid de illa terra fieret, cogitabat: quam diutius in cubiculo ſuo reverentiæ cauſa habere nolebat. Fortè accidit, ut D. Auguſtinus Hipponenſis, & Epiſcopus Synicenſis Maximinus in proximo eſſent. Eos ille, ut ad ſe venirent, rogavit, & obtinuit, iiſque cùm omnia retuliſſet, etiam hoc petivit, ut infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam poſſent Chriſtiani ad celebranda, quæ Dei ſunt, congregari. Non reſtiterunt: factum eſt. Erat ibi juvenis paralyticus ruſticanus, qui hoc audito, petivit à parentibus ſuis, ut illum ad eum locum ſanctum non cunctanter afferrent. Quò cùm fuiſſet allatus, oravit, atque inde continuò pedibus ſuis ſalvus abſceſſit. *Auguſt. lib.22. de Civit. Dei cap.7.*

SANCTORUM HOMINUM.

C Romanis conſuetudo non eſt, quando Sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de corpore: ſed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora Sanctorum ponitur: quod levatum in Eccleſia, quæ eſt dedicanda, debita cum veneratione reconditur: & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferrentur. Unde contigit, ut Leonis Papæ temporibus, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent: prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit. *Gregorius lib. 3. epiſt. cap.30.*

Anno 473. veſtis Deiparæ Virginis Hieroſolymis Conſtantinopolim eſt allata, & magna religione recepta, quæ apud Virginem Hebræam erat inventa. *Sigon. lib.14. imp. occid.*

Pulcheria, Arcadii F. Virginis Deiparæ nobile templum ædificavit Blanchernis, in quo incluſas argenteo tabernaculo precioſas Mariæ veſtes, quas è Palæſtina ſuis manibus tulit, ſumma cum veneratione poſuit. *Cuſpinianus.*

D Ludovico Craſſo Francorum regi, extremam Carnotenſibus minitanti cladem, clerus cum interiore D. Mariæ tunica occurrit ſicque rex placatus eſt. *Robertus Gaguin. lib.6.*

Theodoricus Metenſis Epiſcopus annulum ex catena S. Petri, vim ejus in ſanando dæmoniaco ingentem expertus, à Pontifice Vitali III. petiit, & impetravit, eumque, ac plurimas unà ſanctorum martyrum reliquias ſummo à ſe ſtudio per triennium, quo operam in Italia Othoni Magno navarat, collectas trans Alpes detulit, & Metis in æde D. Vincentii martyris à ſe conſtructa locavit. *Sigon. lib. 7. regni Ital.*

De catenis, quas ipſe ſanctus Paulus Apoſtolus in collo, & in manibus geſtarat, ex quibus multa miracula in populo demonſtrabantur, partem aliquam Conſtantiæ Auguſtę ſe tranſmiſſurum ſcribit *D. Gregorius*, modò id divinitus permittatur. Nam ita dum frequenter ex catenis eiſdem multi venientes benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura accipiant, aſſiſtit ſacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concitè aliquid catenis ipſis excutitur, ut mora nulla ſit: quibuſdam verò petentibus, diù per catenas ipſas ducitur lima, & tamen, ut aliquid exinde exeat, non obtinetur. *Gregorius lib. 3. epiſt. cap.30.*

Clothariu, s& Theodoricus reges Franci Cæſarauguſta E Hiſpaniæ expugnata anno 525. Vincentii martyris tunicam Lutetiam aſportarunt, eique Divo ædem ſuburbanam extruxere, quæ nunc Germani eſt. *Amil. lib.1.*

Gregor. Turon. de gloria Confeſſorum, cap.97. ſcribit, Cùm Hoſpitius ſepeliretur, Vir quidam de ſepulchro ipſius pulverem ſumpſit linteo involutum, ſecum aſportans. ac ad Lirinenſe Monaſterium pergens. Navi autem vectus cùm appropinquaret monaſterio prædicto, navis velut rupes immota in medio mari conſiſtit. Mirantibus verò, & ſtupentibus Judæis, quorum erat navis, vir ille patefacit, ſeſe habere reliquia Hoſpitii ſecum: ideoque nunc demum reipſa experiri, navem ab iiſdem reliquiis teneri, nec loco moveri poſſe, niſi vela dirigant ad Lirinenſe monaſterium, ubi ſanctas reliquias ſit delaturus.

Uladislavs Boeamus plurimas Roma in ſuam reportavit terram ſanctorum reliquias, inter quas Salomonis fuit candelabrum, quo Pragenſe, Vito ſacrum, donavit templum, *Æneas Sylvius c.24 Boemicæ hiſtoriæ.*

Uladislaus Boemorum princeps, moriens Sobieslaum fratrem natu minimum ſucceſſorem reliquerat. Id Otho indignè ferens, Lotharii Cæſaris auxilium impetravit. Caſtra F Cæſaris ad Chlumecum vicum poſita, à quo loco, millibus paſſuum non ampliùs octo, Sobieslaus cum ſuis copiis diſtabat, mirante audaciam ejus Cæſare, quòd auderet ſe in campo opponere, cùm vix intra mœnia cluſus poſſet ſuſtinere. Dubiis Boemis an manus conferre deberent, prodiit in medium Sobjeslai Sacellanus cum haſta divi Venceslai, quam ſecum attuliſſe ſomnio monitus dicebat, illaque ſublata, ac manu dextra vibrata, præibat aciem. Eum Boemi ſecuti, ſtragem Germanorum inſignem ediderunt, occiſis paulò minus quingentis ingenuis, cùm interim tres duntaxat Boemi equeſtris ordinis deſiderati ſint. Memoriam victoriæ Sobieslaus, dedicata D. Venceslao corona auri duodecim, & argenti octoginta pondo, additoque militi donativo, liberaliter celebravit. Cæſar ad Sobjeslaum miſit, qui ei pacem, & benevolentiam offerrent, ſi captivos ſine precio remitteret. Quod ille extemplò præſtitit. *Dubravius lib.11.*

* Olim Tremonienſes ab Annone Archiepiſcopo ſancti alicujus corpus poſtularunt, quo terra eorum reverentior, & G ab hoſtibus ſecurior eſſet, unde S. Reinoldi corpus eis contulit. *Reinold. in vit. 2. parte legendæ.*

* Cùm Normanni per Sceindam ſtuvium Turninum (oppidum tunc erat, nunc pagus Duernæ vocatus, extra muros Antuerpienſes) devenirent, ubi monaſterium erat S. Fredegandi Confeſſoris, Deus propter iniquitatem inhabitantium, ut in translatione ſancti Gummari legitur; locum exoſus, reliquias ipſius juſſit aliò tranſportari, ut nullum eſſet obſtaculum contra deſolationem. Quibus ſublatis, velut muro, & turribus civitatis deſtructis, irruit gens inimica, & incendio perdidit omnia ædificia, ipſumque monaſterium conſumpſit: homines partim trucidavit, partim captivos abduxit. *Ibidem, & tom.5. Surii, ad 11. Octob.*

* Quid verò Clerus Gandenſis in ea Normannorum perſecutione egerit, ſic breviter accipe. Monachi S. Bavonis totos propemodum centum annos exularunt, perque diverſas civitates, & regiones peregrinari cogebantur: ſemper tamen corpus D. Bavonis, aliorumque Sanctorum, ceu theſaurum longè omnium pretioſiſſimum, ſecum diligentiſſimè H ac religioſiſſimè circumferebant, eorumque potiſſimum prę ſentiæ fiducia, ſe tantis in miſeriis utrimque conſolabantur. *Officium Gundenſe, die 6. lect 6.*

* Sed & aliis locis aliæ quàm plurimæ Reliquiæ in veneratione ſunt. Ita Malbodii in Hannonia in monaſterio Alti-Montis repoſitum quieſcit corpus S. Marcelli PP. & martyris, cujus tamen fragmentum etiam habent Cluniacenſes: Rothnaci in eadem Provincia, corpus B. Cæleſtini Papæ: Quomodo & S. Marcellini Presbyt. & Petri *Exorciſtæ* martyr. Romæ paſſorum reliquias Einhardus Caroli Magni Cancellarius, & Abbas S. Bavonis Gandavi, collocaverant Haſnonii, quod ſecunda eſt Hannoniæ Abbatia: ſed per Iconomochos ablatæ ſunt. Amandacum quoque ibidem ſervat Reliquias S. Cyrici martyr. Antiocheni: uti Chimacum olim Beatæ Monegundis viduæ, quæ Francis urbeculam occupantibus exultæ, Gemblacum verò gloriatur de præſentia corporis S. Machuti, ſive *Maclovii* Epiſcop. Alethenſ. uti

uti, & de Reliquiis S. Marii, qui Romæ paſſus, quas eo tulit A Arnulphus 9. abbas ibidem, ex dono Innocentii II. Pont.

S. Furſei confeſſ. corpore decoratur Perona Franc. oppidum. Vitam autem illius Beda conſcripſit. Daventriæ verò in Friſia quieſcit portio corporis Mildradæ virg. uti & S. Odiliæ apud Cruciferos in territorio Huyenſi.

S. Vvalburgis virgo apud Antuerpienſes celebris, ſumma in veneratione apud Furnenſes in Flandria eſt. Ut qui ipſius reliquias acceperunt per Balduinus Ferreum comitem anno 870, uti Evinoci Bergenſes corpus S. Oſuvaldi R. Angl. ab Adam Morinorum Epiſcopo, anno 1221.

Cæterùm paſſim per Flandriam diſtributa corpora XI. millium Virg. Coloniæ accepta. Nam teſtatur *Molanus in Indic. SS. Belgii*, una die effoſſa cœmeterio earumdem Virg. ultra D. corpora, quæ Margareta Flandriæ comitiſſa reverenter per diverſa loca diſpenſavit.

* EX USU CEREORUM, ET LAMPADUM.

Probatur inſuper S. Reliquiarum cultus.

Fuiſſe uſum accendendendi cereos coram reliquiis, patet ex objectione Vigilantii apud Hieronymum: Videmus, in- B quit, moles cereorum Sole fulgente accendi, &c. ex ipſo *S. Hieronymo ep. ad Riparium*: Ergo accenſi ante tumulos eorum cerei idololatriæ inſignia ſunt;

Item ex Conſtantino, qui, ut habetur *1. tom. Conciliorum in vita Sylveſtri*, inter alia dona, quæ obtulit ſacris reliquiis Petri, Pauli, Laurentii, Sanctæ crucis, multa numerantur candelabra. multæ lucernæ, quæ perpetuò ardere deberent: nec eſt credibile, Conſtantinum aliquid obtuliſſe, quod non eſſet in uſu anteà in Eccleſia.

Theodoretus in hiſt. lib. 5. c. 36. teſtantur in translatione reliquiarum S. Chryſoſtomi, plurima accenſa limina prælata fuiſſe.

Paulinus natali 3. Felicis, deſcribens cultum, qui S. Felici habebatur.

Aurea inquit, *nunc niveis ornantur limina velis,*
Clara coronantur denſis altaria lychnis,
Limina ceratis adolentur odora papyris.
Nocte, dieque micant ſi nox, ſplendorque diei
Fulget, & ipſa dies cœleſti illuſtris honore,
C *Plus micat innumeris Lucem geminata Lucernis.*

Gregorius lib. 3. Dialogorum c. 24. meminit lampadis, quę ardebat etiam noctu dormientibus omnibus, in templo S. Petri.

* EX CULTU, QUO IN PROCESSIONIBUS circumferri solent.

☞ *Vide Loco de Proceſſionibus multa pro hac re.*

* EX PEREGRINATIONIBUS AD EAS SUSCEPTIS.

Quia, inquit S. Chryſoſtomus, martyribus miracula eduntur, magna affatim ad illos multitudo affluit.

☞ *Videatur ſuperius adducta de honore, & cultu Reliquiarũ. Item fusè huc pertinentia tractantur in loco de Peregrinatione.*

* A FESTORUM, ET BASILICARUM INSTITUTIONE, & Memoriæ earumdem.

Tam apud Græcos, quàm Latinos: hoc eſt tam in Oriente, quàm Occidente, agitur ſolemnitas catenarum illarum, quibus vinctus legibus in *Act. Apoſtol. c. 12.* fuiſſe Apoſtolorum Princeps Petrus. Conſtat tum ex Menologio Grecorum, qui XVI. Kal. Februarii: quam Romano martyrologio, quod D Kalendas Auguſti earumdem cultui dedicat. Eudoxia enim Imperatoris Theodoſii uxor prædictas catenas dono acceperat, & alteram Conſtantinopoli reſervavit, ejuſque honori, ac memoriæ baſilicam erexit: alteram Eudoxiæ filiæ Romam tranſmiſit, quæ eam Joanni Pontifici detulit. Is autem viciſſim ei oſtendit alteram catenam, qua idem Apoſtolus à Nerone vinctus fuerat. Quam cùm contuliſſet cum altera ad Eudoxiam Hieroſolymis miſſa, factum eſt, ut inter ſe connecterentur, quaſi ab uno artifice confecta unica catena videretur. Quo miraculo tantus honor ſacris illis vinculis haberi cępit, ut propterea hoc nomine Eccleſia S. Petri ad vincula, titulo Eudoxiæ, dedicata fuerit in Exquiliis, ejuſque memoriæ dies feſtus inſtitutus ſit Kalendis Auguſti. *Brev. Romanum*, & Sigebertus ad annum 869. additque de annulo illius catenæ Theodoro Metenſi Epiſcopo conceſſo.

Etiam alibi erecta Oratoria, & Baſilicæ in honore S. Reliquiarum, quomodo Coloniæ Agrippinæ S. Urſulæ, & sociarum, S. Gereonis: alibi ad honorem S. Crucis. Item anniverſaria feſta pleriſque etiam locis celebrantur translationis anteactæ ſanctarum Reliquiarum.

* QUOD DONO TRANSMISSÆ SUMMO IN PRETIO habitæ ſemper fuerint. E

☞ *Petantur exempla hiſtorica ex Superioribus.*

De limatura catenarum Petri pro ingenti munere ad Reges, & Imperatores mitti ſolita, quam plurimæ Epiſtolæ S. Gregorii fidem faciunt. Moris erat eam includere aurea clavi ab altari S. Petri accepta, & ad abſentes tranſmittere. Qui eam religiosè accipientes è collo ſuſpendebant, Scribit id *S. Gregor.* ad Childebertum Regem Gall. *l. 5. Epiſt. 6. Indict. 14. & Epiſt. 23. lib. 6. Indict. 15.*

Etiam Juſtinianus, antequam eſſet Imperator, petiit ab Hormiſda, ut eam limaturam dono ſibi mitteret. Extant ejuſdem Epiſtolæ num. 55. quarum meminit in Hormiſda *Baron.* unde conſtat veterem morem fuiſſe mittendorum horum munerum. ☞ *Vide Locum de Eulogiis. Item ſupra de tranſlatione cultu ſingulari Reliquiarum.*

* QUOD ELECTA SEPULCHRA PROPE RELIQUIAS Martyrum.

Conſtat viros ſanctiſſimos, & maximos ingentis beneficii loco habuiſſe, ſi iis locis tumularentur, ubi Sanctorum conſervarentur reliquiæ. Teſtem habemus *S. Chryſoſt. qui homil. quod Chriſtus Deus.* Scribit: Reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi propè Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiantque Piſcatorum Oſtiarii F Reges, &c.

* A PUNITIONE EORUM, QUI S. RELIQUIAS VIOLANT, AUT CONTEMNUNT. Vide *Locum de Canctis.*

Narrat *D. Gregor. lib. 6. Epiſt. 23. Indict. 15.* grande miraculum de terribili ultione divina in Longabardum contemptorem religioſi inſtituti, cujus ſupra meminimus de mittenda limatura vinculorum Petri, clavi aurea incluſa. Dum enim Crotonenſem civitatem, quæ ſuper mare Adriaticum ſita, Longobardi vaſtaſſent, ac clavem ſimilem quidam inveniſſet, eam, quia S. Petri clavis erat, deſpexit: ſed quia auream advertit, cultellum eduxit, ut eam incideret. Qui mox cultellum, quo eam per partes mittere voluit, arreptus per ſpiritum, ſibi in gutture defixit, eademque hora extinctus cecidit. Et dum ille Rex Longobardorum Antharith, atque alii multi ejus homines adeſſent, & is, qui ſe percuſſerat, ſeorſim mortuus, clavis verò hæc ſeorſum jaceret in terra, factus eſt omnibus vehementiſſimus timor, ut eandem clavem de terra levare nullus præſumeret. Tunc quidam Longobardus Catholicus, qui ſciebatur orationi, & eleemoſynis deditus, Minulfus nomine, vocatus eſt, atque ipſe hanc levavit de ter- G ra. Antharith verò pro eodem miraculo aliam clavem auream fecit, atque cum ea pariter ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum tranſmiſit, indicans quale per eam miraculum contigiſſet. Hæc Gregorius.

Scribit *T. Bozius de ſig. Eccleſ. T. 2. ſig. 96. c. 3.* quòd cum Calviniſtæ Turonis oſſa S. Martini in ignem conjeciſſent, ad internecionem cunctos miſerrimè à Catholicis bis fuiſſe conciſos, ulciſcentes Deo injuriam viri ſancti reliquiis illatam.

☞ *Huc referri poſſent violatores SS. Imaginum, quam ſevere à Deo puniti fuerint, ex eoque argumentum à majori deſumi, magis puniendos, qui SS. Reliquias violant, aut contemnunt.*

De Chriſtiano Brunſuicenſi Duce, Halderſtadienſi Antiſtite è numero Proteſtantium, quem Germani, & Belgæ Inſanum, ſive Furioſum, ab indomita quidvis agendi libidine appellarunt; notiſſimum eſt, quomodo nuper anno ſcilicet 1622. poſt violatas ſacras reliquias S. Libonii Epiſcopi, quæ aliquot ſæculis in Paderbornenſi Eccleſia in magna veneratione habitæ fuerunt, brachium ſiniſtrum humero tenus in conflictu, H ſclopeti ictu amiſerit, Deo impietatem illam ſancto irrogatam, aliaſque illius blaſphemias vindicante.

Quinetiam idem Brunſuicenſis obiit cum horrido clamore, ac intolerabili fœtore, an. 1626. 16. Junii, ex cujus corpore fuit egreſſus Vermis, aliquot pedes longus.

Neque prætereunda eſt nupera Calviniſtarum, quorum fęx Zelandiæ Inſulas occupat, paucis Catholicis exceptis, qui inſtar juſti Loth Sodomas illas adversùs Dei iram adhuc tutantur; in hæc Divorum pignora crudelitas. Fuerant namque menſe Octobri anni M.D.C.XXIV. Piratæ Batavi potiti oneraria navi, qua Supellex Vice-Regis Neapolitani abeuntis deferebatur in Hiſpaniam. Prædę hujus pretium apud Catholicos auxiſſet SS. Reliquiarum theſaurus, qui cum aliis ſacris paramentis ibidem reperiebatur: Verùm appulſa Uliſſingam nave, cùm Catholici plerique ſacra illa pignora pretio redimere cogitarent, & debito honore afficere, nam indictus erat dies XIX. Novembris,

A quo ſub haſta omnia acquiſita vænirent, deliberatum, & ita evenit, apud Prædones, & Magiſtratum fuit, univerſas Reliquias, ne ad manus Catholicorum devenirent flammis abſumere, & in cinerem redigere. Sperandum, quòd aliquando pœnas dabunt, ut

Diſcant juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

*Renuntiatio.

QUID SIT, ET UNDE DICTA.

Renuntiatio, quæ Græci ἀπαγγελία; In civili converſatione, rebuſque profanis, eſt relatio de re aliqua, facta ab eo, qui ejus examinandæ, inſpiciendæ, aut ſignificandæ curam habebat. Unde propriè eſt nuntiorum, ut à quibus nomen ſuum habet; Legatorum, Tabellionum, Apparitorum, quando reverſi referunt quid egerint. Apud Juriſconſultos etiam renuntiare dicuntur magiſtri cujuſque opificii, quando ad Judicem referunt: quæ inſpecto opere compererint. Quin, & apud eoſdem, Renuntiatio pro verbali proceſſu ſumitur: cujuſmodi eſt viatorum, & illorum, qui edicta, aut ſententias exequuntur.

Grammaticis renuntiare idem eſt, quod declarare. Quomodo dicimus renuntiare conſulem, &c. Verùm apud ſacros au- B ctores alia hujus vocis uſurpatio eſt, idque ex verbis Domini: Si quis non renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quem locum explicans S. Baſilius, eſt inquit Renuntiatio, vinculorum terrenæ hujus, ac temporalis vitæ ſolutio, atque ab humanis negotiis liberatio, per quam ad ineundam viam, qua ad Deum pervenitur, priores, & promptiores efficimur, & expedita ratio ad acquiſitionem uſumque rerum, quæ ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, longè ſunt pretioſiores: & in ſumma, cordis humani ad cœleſtem converſationem translatio, ita ut dicere liceat: Noſtra converſatio in cœlis eſt: & (quod maximum eſt) initium, unde ad Chriſti ſimilitudinem evadimus, qui cùm dives eſſet, propter nos pauper factus eſt.

Et paulò ante: Perfecta renuntiatio in eo conſiſtit, ut id aſſequamur, ne ad ipſius etiam vitæ affectionem propenſi ſimus, & reſponſum mortis habeamus, ut non ſimus fidentes in nobis ipſis. Hujuſmodi autem renuntiatio initium ſumit ab C alienatione rerum externarum, veluti à poſſeſſionibus, ab inani gloria, à vivendi conſuetudine, à rerum inutilium amore, quemadmodum etiam ſuo exemplo nobis oſtenderunt ſancti Domini noſtri diſcipuli. Jacobus quidem, & Joannes relicto patre Zebedæo, & ipſa quoque navicula, de qua omnis illorum victus ratio pendebat: Matthæus verò cum ab ipſo telonio ſurrexit, ac Dominum ſecutus eſt, Sic ille *Lib. Regul. fuſius explic. ad interrog. 8.*

☞ *Vide Abnegatio. Terrenorum contemptus.*

Reprehenſio. Objurgatio. Cprreptio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Reprehenſio idem eſt quod increpatio, correptio, caſtigatio, ἐπίπληξις, ἔλεγχος, ab ἐπιπλήττω, ἐλέγχω, reprehendo. Unde qui reprehendit, reprehenſor dicitur.

REPREHENSIONIS CAUSÆ. Puta PROPTER JURIS IGNORANTIAM.

POMPONIUS teſtatur: Servium Sulpitium, cùm in cauſis orandis primum locum poſt M. Tullium obtineret, ad conſulendum Mutium de re amici ſui perveniſſe. Cùmque eum ſi- D bi reſpondiſſe de jure Servius parum intellexiſſet, iterum Quintum interrogaſſe, & à Q. Mutio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe, & ita objurgatum eſſe à Mutio: Namque cum dixiſſe: Turpe eſſe patricio, & nobili, cauſas oranti, jus, in quo verſaretur, ignorare. Ea velut contumelia Servius tractatus, operam dedit juri civili. *Hotom. deſcript. Juriſconſultorum.*

Stultitiam.

Cùm Androcles Pitenſis legem quandam reprehendens dixiſſet, δέονται οἱ νόμοι νόμου διορθώσοντος, id eſt, Egent leges lege correctrice. exclamavit Populus cum irriſione, καὶ γὰρ ἰχθύες ἁλός, Nam & piſces ſale. Leges in hoc datæ ſunt, ut ad harum regulam corrigantur hominum actiones. Quod ſi ipſæ leges indigent correctione, leges non ſunt, idque minùs abſurdum ſit, quàm ſi piſces marini dicantur egere ſale. *Ariſtoteles, in Rhetoricis. Eraſmus in Adagiis.*

PHILIPPUS Rex Macedonum epiſtola quadam Alexandrum, quorundam Macedonum benevolentiam largitione

ad ſe attrahere conatum, ſic increpuit: quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, ut eos fideles tibi futuros exiſtima- E res, quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? A charitate iſtud præſtatur. At verò antè Philippus majore ex parte mercator Græciæ, quàm victor extiterat. *Val. Max. l. 7. cap. 2.*

Cùm Lamachus quendam manipuli ducem increpaſſet, quòd perperam quiddam egiſſet, iſque reſponderet, ſe non iterum commiſſurum quod commiſerat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis, quòd primus error ſæpe vitam adimit. *Eraſmus in Adagiis.*

Ignaviam.

THEMISTOCLES, ut in ipſius vita refert *Plutarchus*, Eretreo cuidam exprobrans ignaviam dixit: ἦ γὰρ καὶ ὑμῖν περὶ πολέμου τίς ἐστι λόγος, οἳ καθάπερ αἱ τευθίδες μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε, id eſt, Sanè, inquit, & vobis aliqui de bello dicendum eſt, qui Theutidum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam Theutides putant eſſe, quas nos vocamus ſepias. Sepia autem de genere mollium eſt, & arbitror huic generi cor non ineſſe. *Eraſmus in Adagiis.*

THERICION, cùm videret Philippi copias Iſthmicas anguſtias occupaſſe, ſic ait, κακοὺς πυλωροὺς ὑμᾶς ὦ Κορίνθιοι Πελοπόννησος ἔχει, id eſt, Malos janitores vos, ò Corinthii Pelopon- F neſus habet. Siquidem anguſtias locorum Græci pylas, id eſt, portas appellant. *Eraſmus in Adagiis.*

Impudicitiam.

DIOGENES Cynicus cùm adoleſcens quiſpiam, inſigni forma, fœdum quiddam, atque obſcœnum dixiſſet: Ex eburnea, inquit, vagina plumbeum gladium educis. *Eraſm. in Adag.*

Superbiam.

Apud Ariſtophanem in Ranis ſub Bacchi perſona Euripides reprehenditur, ipſemet anteponens ſe Æſchylo:

Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγε.
Mirande vir, ne magna nimium dixeris.

THEMISTOCLES altercatam aliquando eſſe cum die Feſta poſteram dixit. Siquidem illam laboribus, & ſudoribus eſſe diſtrictam multis: ſe verò fruenda præbere per otium, & quietem ad feſtum apparata. Ad quæ reſpondiſſe Feſtam: Rectè ſanè: at ni ego fuiſſem, tu non eſſes. Id Themiſtocles Athenienſium ducibus, qui ei ſucceſſerunt, ait: quaſi nunquam conſpicui fuiſſent, niſi urbem ipſe conſervaſſet. *Plut. in quæſt. Rom.* G

Formam.

Scurra quiſpiam Athenis jecit in Scyllam, συκάμινον ἐσθ' ὁ σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον, id eſt, Morum eſt Sylla, farina variegatum. Notavit autem formam Syllæ, in cujus facie alioqui candida, ſublucebat rubor non perpetuus, ſed veluti maculis inſperſis. *Ex Plutarcho, Eraſmus in Adagiis.*

Scurrilitatem.

Plutarchus l. 7. Sympoſiacon 7. Laconis vocem refert, qui Athenas profectus, novis tragœdis pugnantibus, cùm cerneret choragorum apparatus, ſtudiaque doctorum, & concertationem, dixit. Inſanire civitatem, quæ tanto ſtudio luderet.

ADVERSUS QUOS. UTPUTA *Claros, & illuſtres.*

Vel tenuiſſimæ titubationes virorum illuſtrium, & clarorum traducuntur à Populo, Cimoni improperabatur vinum, ſonus Scipioni, Lucullus ſplendidarum cœnarum cauſa obterebatur. *Plut. ad Principem indoctum, & in Præcep. polit.* Lacydi coma certo modo compta, ac delicatior inceſſus, mollitudinis obiiciendæ locum dedit. Et Cn. Pompejo, quòd uno digito caput ſcalperet, qui à mulieroſitate, & laſcivia erat alie- H niſſimus. *Idem de Util. ex inimicis cap.*

☞ *Vide Infra, quomodo S. Ambroſius Theodoſium Imp. redarguerit.*

Populum.

Cùm Phocionis F. Phocus ad Athenienſes verba faceret pro concione, reprehendens quandam in ipſis ingratitudinem, doctiſſimè, & ſubirata voce dixit: Malo damnum à vobis accipere, quam ipſe vobis damnum dare. *Æl. lib. 2. Var. hiſt.*

AUGUSTUS cùm pubem Romanam inſtitutis auſterè caſtigaret, obſtrepentibus illis: Audite, inquit, juvenes ſenem, quem juvenem ſenes audierunt. *Plut. an. Seni reſp. tractanda.*

Senatum.

Victo ad Sirin amnem Levino Coſſ. magna ſtrage, miſit Pyrrhus Epirotarum rex Cineam legatum ad Romanos, pacis explorandæ cauſa. Appius Claudius, qui ſenectutis, & cæcitatis cauſa fatiſcens rep. abſtinebat, rumore delato, decreturum ſenatum pacem, non potuit ſibi temperare, quin ſervis

juberet,